



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118472**

§. 24. Titulus Defensoris fidei a Papa Angliæ Regi collatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](#)

**Sacul. XVI** obsequium remunerandi modo consulta-  
**A.C.1521** tionem haberet.

## §. XXIV.

*Titulus Defensoris fidei a Papa Angliae Regi collatus.*

*Pallavicin.  
hiſt Conc.  
Trid. I.2.c.1*

Diu multumque deliberatum , tandem  
vero conclusum , hunc Monarcham  
insigni *Defensoris fidei* titulo honorandum  
esse. Ergo Pontifex diploma expediri  
jussit, in quo Henrico , cunctisque Angliæ  
Regibus ejusque Successoribus titulum  
*Defensoris fidei* attribuit , unaque literæ  
a Papa sunt scriptæ , quibus eidem Regi  
amplissime gratias egit.

## §. XXV.

*Melancthonis libellus adversus Parisiensium Theologorum censuram.*

Ceterum vix literis exprimi potest ,  
quam inique Lutherus tulerit , quod  
Angliæ Rex Parisiensis Universitatis ex-  
emplo ductus adversus ejus libros cala-  
mum strinxisset. Jam cunctas modera-  
tionis leges transgressus , nil nisi rabie-  
bilemque evomere satagebat. Hucus-  
que lingua ac calamo præcipue coram  
Cardinale Cajetano , necnon in celebri  
disputatione Lipsiensi palam profiteba-  
tur , se Parisiensem Universitatem velut  
fanæ